256 [illegible]

omnibus poenam Banitionis et de Regno Poloniae Dominijsq eidem annexis proscriptionis decernit ipsosq citatos iam exnunc Bannitos et de Regno Poloniae Dominijsq eidem annexis proscriptos pronunciat. Et ad publicandum Ministerialem Generalem Regni Providum Balthazarum Piotrowski addit et deputat. Qui quidem Ministerialis praefatus iis sua deputationis referens et e loco publicationis rediens recognovit se praefatam poenam Banitionis super praedictos citatos et bonis eorum obtentam alta sua praeconica et sonorosa voce in praesentia et conspectu plurimae Nobilitatis et variae conditionis hominum publicasse in foro oppidi Braslaviensis proclamasse et notitiae debitae omnium dedisse. De quo eiusmodi Relationem ad Acta praesentia fecit.

Horodzinskiech Desolationis Juramentum

Nobiles Josephus olim Joannis Horodzinski et Elias olim Pauli Horodzinski de Horodniany Juramentum super veram desolationem quatuor mansorum quod nec arari nec seminari possint nullumq commodum ex eis habeat in facie Officij praesentis assumpta solennitate Juramentorum praestiterunt quod eis est in Acta praesentia Castrensia Capitanealia Braslaviensia inscriptum et extraditum.